



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorum

VD16 B 5530

Qvaestio II. An in dignitate, aut honore constitutus possit puniri pœna
mortis, absq[ue] ex auctoratione siue degradatione?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

QVAESTIO II.

An in dignitate, aut honore constitutus possit puniri pœna mortis, abs q̄ ex auctoritate siue degradatione?

VIDETVR quod non, ex hac L. in verb. præsidio dignitatis exutus & cruciatus & tormenta non effugiat. Ad idem facit Glossa singularis in L. Omnes, in verb. amissionem C. de Episc. & cleric. Nemo in dignitate mori debet. Angelus hic: quem citat & sequitur Ioan. de Anania in cap. i. de Sortileg. Et dicit quod non licet Doctorem ad torturam ponere, antequam insignijs Doctoralib. exuatur. Ad idem accedunt Bartolus in L. Quod ait Prætor §. Ignominia. ff. de his, qui notantur infamia. Petrus Lenauderius in tract. de Doctoribus 4. part. q. 26. Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. pract. crimin. q. 73. num. 2. & q. 74. num. 5. & alij alibi. in d. L. Quod ait. §. Sed & si. L. vocat exauctorare, id est, insignia militaria detrahere. Et quia Lex dicit de milite non simplici, sed fulgente dignitate siue honore militari, argumentum etiam, trahitur ad Doctores. In exauctoratione doctor priuatur cingulo doctorali, & miles exuitur cingulo militiae. Locum exauctorationis in secularibus constitutis in dignitate subit degradatio in clericis. Sed vt ad propositum redeamus, solemnitas exauctorandi in
desue-

desuetudinem abiit, vt benè attestatur illust-
 ris Iurisconsultus Andræus Gsill lib. I. de pace
 publica cap. I. num. 30. Quod præsertim in a-
 trocioribus delictis & enormissimis locum ha-
 bet, in quibus licitum est iure transgredi. Bald.
 in Authen. Sed nouo iure. C. de seruis fugit.
 Marfil. in L. Vnius. §. Cogniturum. ff. de quæst.
 & in singulari 601. Barbatius in c. I. de consti-
 tut. à. num. 155. & alij alibi. Confirmatur hoc
 Latius; in atrocissimis criminibus clericus
 etiam quandoq; sine degradatione reali puni-
 tur extremo supplicio, vt in clerico assassino est
 text. in c. I. de homicidio in 6. Dominicus Ge-
 minian. ibidem. Ioan. Andr. in ca. Cùm non
 ab homine, de iudicijs. Petrus Ancharan. in
 consil. 158. num. 5. incip. ex narratis in facto.
 Marfil. in d. §. Cogniturum, & in Practic. cri-
 min. §. Diligenter. numero 160. & alibi. Barbat.
 in cap. At si clerici. de iudic. Menoch. lib. 2 de
 arbitr. Iudic. quæstionibus casu 415. num. 28.
 Andræus Gsill, loco citato. Et hanc sententiam
 ex alijs esse communem ostendunt, Iul. Clar.
 in d. §. q. 36. num. 30. & 33. Couarr. lib. 2. variar.
 resolut. cap. 20. num. II. & practic. quæst. cap. 32.
 Alios ad idem allegat. Felicianus Episcopo, Sca-
 lenf. in Enchridio de censuris, in tractat.
 de deposit. & degradat.

cap. 14.

Zz

QVAE-